



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 26. Synodi Sessio decima octava, atque secunda sub Pio. IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

nodo sese magis dociles, minusque ob- **Sæcul. XVI.**  
stinati exhibeant. **A.C. 1562.**

### §. XXVI.

#### *Synodi Sessio decima octava, atque secunda sub Pio IV.*

Præfixa die vigesima sexta Februarii *Pallav. l. 15.*

Sessio celebrabatur decima octava, *cap. 21. n. 1.*  
quæ sub Pio IV. secunda erat: ubi mane *& seq.*  
*Labb. p. 841.*

Patribus omnibus in majori Ecclesia congregatis Antonius Elias Jerosolymitanus Patriarcha rem divinam solemni ritu decantabat, orationem vero latinam habebat Antonius Caucus Patrum Archiepiscopus, alias dictus Archipræfus Corcyrensis, qui molimina, quibus hæretici suam Sectam propagare, atque augere nituntur, fusi enarrabat, & Patres, ut eorum ausibus obfisterent, his verbis hortabatur: *In ea proh dolor! miserrima incidimus tempora,*  
*ut, quod sine lacrimis enarrare non possum,*  
*immensa flagitia, & sacrilegia, ex nefanda recentiori hac Lutherana hæresi, cuius quidem extirpandæ caussa huc convenimus, in Dei Ecclesia orta esse videamus,*  
*nempe Ecclesiarum bona direpta, templa solo aquata, Monasteria non solum proventibus suis, & incolis destituta, verum etiam funitus eversa, Sanctissimum Christi Vicarium, verumque Petri Successorem Pontificem optimum Maximum, Episcopos, reli-*

Bb 5

quos-

Sæc. XVI.  
A.C. 1562

quosque Dei Sacerdotes neglectos, honoribus debitissimis privatos, maximis affectos contumeliis, injuriisque laceffitos, Deo dicatas Virgines stupratis, earumque bona ablata, venerandas Sanctorum imagines rejectas, & eorum cineres contemptos, Sacra menta Ecclesiæ explosa, atque conculcata, Sacros demique Ecclesiasticos Canones, ac Constitutiones igni traditas, ritusque omnes divinos penitus sublatos: Verum enim vero antiquas hæreses extinctas jam, Manichæi, Joviniani, Vigilantii, Pelagii, Euthychetis, Felicis, Albigensium, Waldensium, Berengarii, Marsilii Patavini, Joannis Wicleffi, Joannis Hus, Hieronymi de Praga, & ceterorum a Sanctis Patribus nostris in Conciliis saepius confutatas, & toties rejectas sustinere voluerunt infelissimi homines isti, & Divina, Christianaque dogmata a Christo Servatore nostro instituta, ac ab eisdem Sanctis Patribus nobis per manus tradita, divinitusque a Conciliis sancta, & a Pontificibus Sanctissimis confirmata evertere, vanaque esse, ac inutilia nobis effutire non dubitarunt, latamque viam, quæ ad infernum ducit, Christi Doctrinæ immemores, & Epicureorum mores secuti sibi construxerunt, de quibus sensisse mihi videtur Petrus Apostolus inquietus: venient in novissimis diebus in deceptione illusores juxta proprias concupi-

a. Petr. 3.  
vers. 3.

cupiscentias ambulantes, *hinc tam longe, Sæcul. XVI.*  
*lateque pervagatum est incendium, &c. A.C. 1562.*

§. XXVII.

*Diffidium inter Lusitanæ, & Hun-*  
*gariæ Regum Oratores.*

Peracta re divina, precibusque pro *Pallav. l.c.*

more recitatis in hac Sessione præ-  
primis Oratorum mandata, ac publicæ  
facultatis literæ prælegebantur, & qui-  
dem primo Massarelus, qui Patribus  
ab epistolis erat, recitabat duo illa man-  
data, quorum unum Ferdinandus Cæ-  
sar nomine Imperii Miglitio Pragensi  
Archiepiscopo, ac Sigismundo de  
Thun ejus socio, alterum vero pro  
Hungariæ Regno Dracovitio Quinque-  
ecclesiensi Episcopo dederat: verum Ma-  
scarenius Lusitanæ Orator demandatæ  
sibi facultatis diploma nec tradere, nec  
prælegi voluit, questus, quod per nu-  
peram mandati lectionem suo Regi Hun-  
gariæ Rex fuisse antepositus, hac au-  
tem ratione suo Principi ingens honoris  
damnum inferretur: ast Massarelus  
eidem reponebat, hac mandatorum reci-  
tatione Regis Lusitanæ prærogativis om-  
nino nil derogari, cum Romanæ curiæ  
mos suaderet, ut illorum Oratorum,  
qui primi Romam perveniunt, man-  
data prius prælegerentur, quæ etiam  
consuetudo in præsenti Concilio obser-  
vata